# Monasticon Praemonstratense, Editio Prima, Tomus II, 1952

## TUPHOLME Annuntiatio B. M. V.

Tupp-, Tuppe-, Thup-, Tupholm, Tuphtolm, Tupholyn, Tupham
In medio fere inter Lincoln et Horncastle, Dioc. et Comit. Lincoln
Circ. Angliae Medianae

Abbatia fundata inter annos 1155 et 66 ab Alan et Gilberto de Neville. Filia de Newhouse, mater primae fundationis (abortivae) de Dale. Patroni erant Comites de Westmoreland, tamquam progenies directa



ELENCHUS

fundatorum. Ecclesiae incorporatae et administratae: Market Stainton, Ranby, Middle Rasen, Sturton. Redditus annui 100/14 Librarum. Status personalis: 1488:24, 1536:8 canonici. Canonia exstruxit sibi proprium „fossatum" navigabile a flumine Witham usque ad Tupholme. Historia eius vix est nota, quia archivalia perierunt. Suppressa est anno 1536. Superest murus refectorii, cum sex fenestris goticis et pulpito lectoris, et aliqua alia rudera minoris momenti.

Archivalia: Secundum Hist. MSS Com. Report I 45 existunt aliqua documenta, ad bona canoniae in WestRasen spectantia, apud Lord Herries, Everingham Park.

Litteratura: HUGO II 997, prob. 616/18. Confundit eam cum Tommarp in Suecia. — WAEFELGHEM 300 — BECK V 300, VI 65 — BREWER *Lett. & Pap. Henry VIII*, voll IV, X, XII/XIV — *Cal. Charter R. I* — *Cal. Inqu. Misc.* I, II 810 — CLAPHAM 143 — CAP III 156/65 — COLVIN 99/101, 340/41, 418 — COTTINEAU 3232 — C. R. R. I, V — DAVIS cf. ind. — DUGDALE VI (2) pp. 870/71 — FARRER/CLAY V, VI — HILL I 14, 25, 186 — KER 106 — KIRKFLEET 118 — Lett. Com. Jean XXII 59573 — Ob. Praem I 28. VIII. — P. L. II/V, XIII, Pet. I — *Reg. Chichele* III, IV — STENTON E. L. A. cf. ind. — TANNER Lincs. LXXXII — THOMPSON *Vis. Rel. Hous.* I 122/23 — IDEM, *Vis. Dioc.* I — *Val. Eccl.* IV 36 — VCH Lincs. II 206/07, auct. S. ELSPETH — A. S. L. XXXII 17/19 — *L. N. Q.* III 97/200 — J. S. PADLEY, *Selections from the Ancient Edifices of Lincolnshire* (1861), tab. 17/18 — J. A. PENNY, *The Monasteries and Religious Houses situated near the River Witham, from Lincoln to the Sea* (s. d.)

Series abbatum (Colvin)

Radulfus ca. 1175
(Ob. Prém. 28. IX)
Ivo in fine saec. XII
Galfridus 1202/30
Wilhelmus 1247
Thomas 1276/89
Ralph elect. 1293
Wilhelmus el. 1310, 1316
Roger ca. 1348
Simon of Lincoln elect. 1349
Thomas 1354
John of Beseby elect. 1373
William of Tynton el. 1383, 1385
Robert of Nettiltone elect. 1433
John Spalding † 1456
John Coventry elect. 1456
John Acaster 1474/82
postea abbas in Welbeck
Thomas Solby 1491 res.
Thomas Gryme 1494—1509
John Sword 1522
John Ancaster 1529/35

## WARBURTON B. M. V. et Sta. Werburgis

Werburgtuna, Warburgetone
Prope Heatley Station, versus aquilonem, Cheshire. Dioc. Chester
Circ. Angliae Borealis

Prioratus abbatiae de Cockersand. Fundatus ab Adam Domino de Dutton, probabiliter non diu post abbatiam matrem, ergo circa annum 1190. Ineunte saeculo XIII, Rogerus abbas de Cockersand tradidit maiorem partem bonorum filio fundatoris, qua occasione explicite fit verbum de „conventu in Warburton". Fuerunt ibi tamen medio saeculo XIII adhuc aliqui canonici, sed anno 1271 abbas et conventus de Cockersand vendiderunt omnia Godefrido de Dutton pro summa octoginta marcarum. Nihil superest, locus in quo erat situm, hodie dicitur „Abbey Croft". Fontibus Ordinis est ignotum.

Litteratura: COLVIN 142 — VCH Lancs. II 157 — W. M. GALLICHAN, *Cheshire*, 3a ed. London 1928, p. 220 — ORMEROD, *History of Cheshire* I (II) p. 567, 575/76

## WELBECK St. Jacobus

Wellebec, -beke, -bek, -bech, Welbek, Vellebek, Wyllebek, Werleberc
SW Worksop, Nottinghamshire, Dioc. York, Circaria Angliae Medianae[50])

Abbatia insignis, fundata anno 1153 a Thoma de Cuckney, filia de Newhouse. Mater de Durford, West Dereham, Torre, Leyston, Beauchief, Halesowen, Hagneby. Ecclesiae incorporatae et administratae: Cuckney, Whitton, Whatton, Littleborough, Elkesley, Flintham, Owston, Cotes, Duckmanton et Etwall, sicut et capellas (Chantries) in Aslockton et Bothamshall. Episcopus Joannes Hotham de Ely († 1329), canoniae benefactor insignis et quasi fundator secundus, ei omnia bona familiae de Cuckney donavit, quo actu advocatia ab hac familia ad Episcopos Elienses transiit. Status personalis: 1415 16, ca. 1478:24, 1500:22, 1538:20 religiosi. Welbeck magnas partes egit semper in circariis Angliae, eratque longe praestantior abbatiae de Newhouse — redditus eius enim erant 280 Librarum — et ideo cum illa semper, praesertim in fine, de primatu certavit. Thomas abbas Welbecensis anno 1512 machinationibus suis a Curia Romana obtinuit potestatem quasi generalitiam in abbatias Ordinis in regno Angliae sitas, et adnumeratus est capellanis regiis. Mense Junio anni 1538 Welbeck est suppressum et a rege Ri-

[50]) Catalogi quidem Ordinis omnes eam attribuunt Circariae Boreali. Sed ex duobus indicibus Anglis, de quibus vide supra in praefatione, patet eam de facto, ut situs eius exiguit, pertinuisse ad Medianam.

chardo Whalley datum. Rex intentionem suam, evehendi hanc abbatiam in episcopatum, non est exsecutus. Nunc est mansio ducum de Portland, in aedificio prorsus omnino mutato pauca tantum de antiqua canonia supersunt.

Archivalia: Cartularium (ca. 1330/40) in Brit. Mus., MS Harleian 3640

Litteratura: HUGO II 1157, prob. 711/13 — WAEFELGHEM 320 — BECK V 301/02, VI 65 — BREWER *Lett. & Pap. Henry VIII*, voll. I/XXI — *Cal. Charter R.* I, II, IV, V — CAP III 165/96 — CLAPHAM 143 — COLVIN 63/70, 345/48, 418/19, 456 — COTTINEAU 3440 — C. R. R. I/IV, VII — DUGDALE VI (2) pp. 872/76 — GASQUET, *Greater Abbeys* 256/62 — GEUDENS 22 — GOOVAERTS I 191 — HOLTZMANN 130, Nr. 186, 198, 226, 260, 344, 345 — KER 109 — KIRKFLEET 92/99, 257 — LANDON 146 — Lett. Com. Jean XXII 4339, 7885, 43108, 63099 — Lib. Feod. — *Ob. Praem* I 6. II, 7. III, 30. VIII, 17. IX, 23. XI — P. L. I/VI, X, XIII — POTTHAST 6257 — *Reg. Chichele* III/IV — *Reg. Archb. York: Walter Grey, Wickwane, J. le Romeyn I, II, Corbridge I, II, Greenfield I/V* cf. indices — ROBERTS 158 — STENTON Doc. 333/34 — TANNER Nottingh. XXIV — *Val. Eccl.* V 170 — WOODWARD 391 — E. L. GUILFORD, *Nottinghamshire*, 2a ed. London 1927, pp. 202/03 — VHC Nottinghamsh. II (1910) pp. 129/38, auct. J. C. COX — M. R. JAMES, *Descriptive Catalogue of the Manuscripts in the Library of St. Johns College, Cambridge* (1913) pp. 11/13 — A. H. THOMPSON, *The Premonstratensian Abbey of Welbeck*, London 1938 — A. S. TURBERVILLE, *A History of Welbeck Abbey and its Owners* I (1539—1755), London 1938 — R. WHITE, *Dukery Records* (1904) pp. 241/82

Series abbatum (Colvin)

Berengar ca. 1153
Adam 1183, 1194/95
Richard of Southwell 1196/1215
Wilhelmus 1227/29, † 1229?
William of Croxton 1244, 1247
Hugo 1262/63
Nicolaus 1273
Thomas Sutton 1281/1307
John Dugmanton 1309—10
John Chesterfield 1310—16
William Kendale 1316—22, res.
John Nottingham 1322—35
William Aslackton 1335—41
Robert Spalding 1341—49
John Wirsop 1349—60
Hugh Langeley 1360—69
George Gamelston 1369—87/88
John Baukewell 1388—1411 depos.
John Norton 1411—50
John Greene 1450—72
William Burton 1472/73—82, depos.
John Acaster, vel Copper 1482/91 antea abbas in Tupholme
Thomas Wither 1494/1500 antea abbas in Beauchief
Robertus 1502

**Thomas Wilkinson** elect. 1503, 1517

**John Maxey**[51]) 1519—36

**Richard Bentley** 1536—38

## WENDLING Assumptio B. M. V.

Wendeling, Wenling, -linge, -lynge, -lyng, -nelyng, Welnynge, Wendlyngge, Welingiacum

Quatuor leucis distat ab East Dereham versus orientem, Norfolk, Dioc. Norwich

Circaria Angliae Australis

Abbatia parva et inops, fundata tamquam ultima Ordinis in Anglia, paulo ante annum 1267 juxta antiquam parochiam a Wilhelmo de Wendling sacerdote. Filia de Langley. Ecclesiae incorporatae et administratae: Wendling, Weasenham, Longham. Patronatus erat initio penes nobilem quendam Robertum de Stutville, postea transiit ad familias Foliot, deinde Camoys et postremo saeculo XV Hastings. Redditus annui 55/18 Librarum. Status personalis: 1482:6, 1500:8 religiosi. Paulo ante annum 1475 ecclesia combusta est. Per Bullam Pontificiam anni 1528 etiam haec domus ad suppressionem erat destinata in favorem Cardinalis Wolsey, ad erigenda collegia, sed huius mors id impedivit. Suppressa est anno 1537. Ruinae et immo maior pars fundamentorum currente saeculo XIX subversae sunt et amotae, ita ut nihil de canonia supersit praeter cumulum informem lapidum.

Archivalia: Aliquae chartae subsistunt in P. R. O. London (Anc. Deeds, Ser. A), et in Norwich Publ. Libr.

Litteratura: HUGO ex hac canonia tres facit: I 251, II 1159 et 1161 pr. 713/16 — BECK V 302, VI 65 — BLOMEFIELD/PARKIN X (1809) pp. 87 sq. — BREWER *Lett. Henry VIII*, voll. IV, X, XIII, XVIII — *Cal. Inqu. Misc.* III — CAP III 196/209 — CLAPHAM 143 — COLVIN 191/93, 419/20 — COTTINEAU 3442 — DUGDALE VI (2) pp. 890 — KER 109 — KIRKFLEET 118 (errat circa multa) — *Lett. Com. Jean XXII* 3216 — MESSENT 92 — P. L. I/VI, X, XIII — *Reg. Chichele* III, IV — *Reg. Honorius V* 5938 — ROBERTS 76 — RYE 380 — TANNER Norf. LXXI — *Val. Eccl.* III 328 — VCH Norfolk II (1906) pp. 421/23, auct. J. C. COX — WOODWARD 391 — J. BULWER, *A Plan of Wendling Abbey*, in: *Norf. Arch.* V (1859) pp. 38/40 — (A. W. CLAPHAM) in: *J. B. A. A.*, New Ser. XXVIII (1922) pp. 107/08

51) Professus de Lavendon, paulo post annum 1507, factus est abbas in Langley, unde transfertur in Newhouse, ubi occurrit annis 1517/18. Aliquot annis post nominatus est episcopus Elphinensis in Hibernia, quem episcopatum retinuit simul cum abbatiis Welbeck (ab an. 1519) et Tichfield (an. 1529) aliisque praebendis sat pinguibus usque ad obitum suum anno 1536. Vitam vero degit in Anglia, ubi videtur esse functus munere episcopi suffraganei Eboracensis (COLVIN 365)

Series abbatum (Colvin)

1. Nicolaus 1267
Robertus 1292/1314
Joannes res. 1329
William of Saxlingham el. 1329
John of Titleshalle el. 1339
Thomas of Titleshalle 1352/66 (idem ac praecedens?)
John 1377, 1398
John of Brissele 1400/06
Ralph Fowledon 1422, 1425
Edmund sive Esmond 1428/32
Giles 1441
Edmund 1443/49
John 1451/52
John Skerning 1474/1500
Thomas Walsoken 1503—04
Richard Ralston 1504—09
John York electus 1509
George 1529
Thomas Ellington 1535/36

## WEST DEREHAM Assumptio B. M. V.

Westderham, -deerham, Derham, Dierham
25 km NE de Ely, Norfolk, Dioc. Norwich. — Vitetur confusio cum East Dereham, ubi erat asceterium O. S. B. — Circaria Angliae Australis

Abbatia insignis, fundata anno 1188 ab Huberto Walter, Decano Eboracensi, juxta parochiam iam existentem[52]). Filia de Welbeck. Ecclesiae administratae: West Dereham Sti. Petri, et Sti. Andreae ibidem (unitae anno 1401), Holkham[53]), Wrotton, Ringland, Stradsett, Cambridge Holy Trinity, et Kirkby Malham in longinquo Yorkshire, ubi videtur fuisse prioratus saeculo XIII. Redditus annui canoniae, cuius bona erant dispersa in quinque comitatibus, erant 228 Librarum. Status personalis: 1381 17, ca. 1475:12, 1482:19, 1500:16 religiosi. Patronatus erat penes archiepiscopos Cantuarienses, saeculo XIV tamen erat patronus Comes de Pembroke. Saeculo XV, quo abbatia optime erat ordinata, vixit ibi canonicus Thomas Wygenhall, qui plura scripta reliquit. Iam antea (1440) abbas Joannes Wygenhall iussit componi a Joanne Capgrave, Eremita Ord. Sti. Augustini, vitam metricam Sti. Norberti in lingua Anglica[54]). Suppressa est abbatia anno 1539. Superest horreum, et aliqua residua minoris momenti.

52) Hubertus iste postea factus est episcopus Salisburiensis, dein Archiepiscopus Cantuariensis. Semper fuit fautor egregius Ordinis.

53) Media pars huius parochiae data fuerat a Joanne Rege abbatiae Cisterciensium in Viterbo (Italia), qua cum exinde canonici de West Dereham per integrum fere saeculum XIV litigaverunt (vide *Cal. Pat. Rolls* 1321/24 p. 290, 1350/54 p. 201, 1367/70 p. 259, *Cal. Close R. Henry IV*, III p. 14)

54) Archetypus huius carminis pretiosi, 587 versibus consistens, nunc asservatur in Huntingdon Library, San Marino, Cal. U. S. A.

Archivalia: Cartularium (an. 1315) in Brit. Mus. Add. MSS 46353. Copia anni 1622 ibidem Stowe MS 929 — Harleian 2110 f. 82 sq. — Exchequer Transscr. of Charters 5, Sloane MS 4935.

Litteratura: HUGO I 599, prob. 504/07 — BECK V 303/04, VI 65 — BLOMEFIELD/PARKIN VII 330/38. IX 243 — BREWER *Lett. & Pap. Henry VIII*, voll. IV, V, VII, IX, X, XIII, XIV/XVI, XIX/XXI — *Cal. Charter* R. III — *Cal. Inqu. Misc.* I — CLAPHAM 135 — CAP III 209/24 — COLVIN 129/35, 348/49, 420/21 — COTTINEAU 958 — C. R. R. I, III, V, VIII — DUGDALE VI (2) 899/901 — FARRER/CLAY VII — GOOVAERTS II 397, IV 353 — HOLTZMANN 39, 154 — KER 36 — KIRKFLEET 118/21 — Lett. Com. Jean XXII 7547/54, 55502, 55720 — Lib. Feod. — MESSENT 21 — Ob. Praem. I, 13. VII, 20. IX. — P. L. I/VIII, X. XIII. Vide praesertim V 414/16 et VI 284/85 — *Reg. Chichele* I/IV — *Reg. Archb. York, W. Grey* II 262/63 — ROBERTS 76 — RYE 89 — TANNER Norf. XXI — TURNER 169, 222, 306 — *Val. Eccl.* III 376 — VCH Norfolk II (1906) pp. 414/18, auct. J. C. COX — WOODWARD 365 — G. H. DASHUOOD, *A Note on Some Early Deeds*, in *Norf. Arch.* V (1859) pp. 297/312 — IDEM, *The Will of William Twayne etc.* ibidem 281/86 — W. H. HOPE, *The Obituary Roll of John Islip, Abbot of Westminster, with Notes on other English Obituary Rolls*, in. *Vetusta Monumenta* VII, Westminster 1906, plates XVII/XIX — J. G. NICHOLS, *On Precatory or Mortuary Rolls, and Particularly one of the Abbey of West Dereham*, in: *Royal Archaeol. Institute*, Norwich Meeting 1847, pp. 99/114 — IDEM, *The Mortuary Roll for Abbot John Saresson, alias Wygenale*, in: *Norfolk Volume of the Archaeol. Inst. Proc.* (Ser. 2) I, 1851, pp. 289/90

Series abbatum (Colvin)

1. Augustinus 1188—
Ralph 1197— post 1200
Angerius 1231/38
Roger 1268
Denis Walter 1286/97
Simon 1304
Walter of Donton 1306—13
Paul of Tilney 1313—25
John of Rutham 1325—29
Richard 1330
Nicholas of Dereham el. 1339, 1348
John of Wetyng 1351/63
William of Holt el. 1368, 1378
Constantinus 1389/93
John Flete 1399/1406
John elect. 1412
Robertus 1428
John Wygenhall sive Saresson 1429/ca.1455
John Lynn, sive Clerk 1459—82
William Maxey 1482, res. ante 1488
John Martin, seu Wisbech 1488/1503

William Norwich el. 1511
Roger Forman el. ca. 1522
Richard 1529/31, † 1535
**Inseri nequeunt:**
Henricus 12.. (Necr. Beauchief p. 13)
Everardus (Obit. Prémontré 20/IX)

## WEST RAVENDALE

Raven-, Ravenes-, Ravens-, Revendale, -dal, Ravandala

7 leucis distat a Market Rasen, versus aquilonem, quinque a Grimsby versus austrum. In Comitatu et Dioec. Lincolniensi.

Non pertinuit ad Circarias Angliae.

Prioratus. Alanus, filius Henrici comitis Brittanniae, dominus de Goello, anno 1202 dedit „totam villam de Westravandala cum omnibus eius pertinentiis" abbatiae de Beauport in Brittannia (Circ. Normanniae Austr.) ab ipso fundatae, quam donationem frater eius Conan auxit. Bellus Portus ibi erexit prioratum, quem authentice constat fuisse domum vere formatam. Ab illo enim dependebant novem ecclesiae parochiales vicinae, a religiosis, ut supponere licet, administratae: Waltham, Ravendale, Barnetby-le-Beck, Beelsby, Hatcliffe, Brigsley, Hawerby, Beesby, Autby. Nomina aliquorum priorum sunt nota. Suppressus est anno 1294. Valor redituum: 22/9 Librarum. Anno 1327 restitutus, sed anno 1452 definitive suppressus est. Possessiones, post bella cum Gallia fere omnes erant in manibus fisci regii, ad tempus pertinuerunt ad reginam Joannam de Navarra. Postremo collegio de Southwell sunt tradita. Capella monasterii superest.

L i t t e r a t u r a : Fontibus ordinis est ignotum — DUGDALE VI (2), 1050, 1117 — COTTINEAU 2411 — KIRKFLEET 100, 121 — NEW 44 — TANNER Lincs. LXII — THOMPSON L. A. R. cf. ind. — ROBERTS 69 — VCH Lincs. II (1906) 243/44 — J. GESLIN DE BOURGOGNE, *Anciens Evêchés de Bretagne: St. Brieuc.* Paris 1864, IV pp. 10, 46, 53, 57, 58, 210, 226

# DUBIA

## CHARLTON

Charle-, Cherle-, Carle-, Cherlton, -tone

Prope Uphavon, Wiltshire, Dioc. Salisbury

Prioratus, pertinens ad bona fundatitia abbatiae Insulae Dei in Normannia. Fundatus est ergo circa annum 1187, et quidem ab ipso fundatore abbatiae matris, Reginaldo de Paveley (Pavilly). Spectato usu communi Ordinis, probabiliter initio ibi fuit communitas regularis, saltem curiae instar, sed authentice hac de re nihil constat. Anno 1294, quo redditus annui fuerunt Librarum 25 /10, videtur ibi fuisse prior solus, anno 1324 autem „custos". Advocatia in hanc domum fuit penes vicinum prioratum O. S. A. in Uphavon. Prioratui de Charlton fuit annexa et incorporata ecclesia de Upchurch in Kent, cuius rector, apparenter non residens, idem fuit ac prior in Charlton. Anno 1380 Isle Dieu alienavit Charlton et Upchurch Hospitali Stae. Catharinae „by the Tower" in London. Nihil de aedibus superest[55]).

Fontes: Lib. Feod. 741 — Inv. des Arch. Departement. Eure, Serie H, III 66 (H 353) — Cal. Pat. R. 1321/24 p. 347, 1377/81 p. 559, 1467/77 p. 461 — Cal. Fine R. 1337/47 p. 27, 1369/77 p. 135, 358, 396/97, 1377/83 p. 27 — Cal. Close R. 1337/39 p. 336, 503

Litteratura: Fontibus ordinis est ignotum (cf. tamen HUGO I prob. 683) — COTTINEAU 708 — DUGDALE VI (2) p. 1054 — *MMon Brit.* erronee dicit fuisse O. S. A.

## DODFORD

Doddeford. NW Bromsgrove, in dioec. et comitatu Worcester

Prioratus, fundatus pro canonicis O. S. A. a rege Henrico II. inter annos 1184 et 91. Anno 1291 aestimabatur valoris 4/17 Librarum. Propter egestatem, et negligentiam priorum anno 1464 ne unus quidem canonicus potuit ibi vivere, ideo hoc anno unitus est abbatiae Halesowen. Vix est probabile, illam postea exposuisse in Dodford plus quam unum canonicum priorem, praesertim cum constet anno 1489 tantum quatuor ex

[55]) Has notas benigne nobis transmisit M. J. L. Kirby, ex articulo suo congesto pro VCH Wiltshire, opere ad prelum parato.

septendecim canonicis de Halesowen residentiam habuisse foris[56]). Translatio ad Ordinem nostrum peracta est per regem Eduardum IV, instigante Episcopo Worcestriensi. Anno 1535 prioratus aestimatus est valoris 7/13 Librarum. Suppressus est cum abbatia matre anno 1538.

L i t t e r a t u r a : Fontibus ordinis est ignotum — COLVIN 183 — COTTINEAU 977 — CAP II 186 — DUGDALE VI (2), 944/45 — KIRKFLEET 77, 109/10. Errat circa multa — VCH Worcs. II (London 1906) pp. 162/66, auct. A. A. LOCKE. Erronee habet 1332 pro 1464 — NASH, *History of Worcestershire* II, Append. p XXXII nr. 20, XLIII nr. 26 — L. LOYD / D. M. STENTON nr. 60 — Cf. Sloane MS 4935

## HAILSHAM

in Sussex. Ecclesia parochialis, quam sibi vindicavit anno 1260 abbas Bayhamensis. Anno 1280 degebant ibi 4 canonici et totidem conversi, ergo licet supponi, ibi hoc tempore viguisse vitam communem. Postmodum Bayham hanc ecclesiam iterum amisit (VCH Sussex II 88).

## HOLME LACY B. M. V. et St. Thomas Cantuariensis

Hamme, Home-, Ham Lacy
prope Hereford, in eodem comitatu et dioecesi. Circ. Angliae Medianae

Abbatia fundata circa annum 1235 a William Fitʒwarine, qui tradiderat bona abbatiae de Lavendon, ad novam canoniam ibi erigendam. Fuit autem fundatio haec abortiva, cuius erectio intenta, sed numquam perfecta est. Bona enim, quae fundator destinaverat in hunc finem, olim spectaverant ad episcopum de Hereford, qui statim ea repetiit. Paulo post abbas Lavendonensis pro solutione centum Librarum omnis suis juribus in hunc locum renuntiavit. Si umquam fundatio canoniae ibi fuerit incoepta, certe ad breve tantum tempus duravit.

A r c h i v a l i a : Scudamore Papers, P. R. O. London

L i t t e r a t u r a · Fontes Ordinis nesciunt — COTTINEAU 1428 — COLVIN 189/91 — DUGDALE VI (2), 935 — P. L. I — TANNER Hereford XIV — M. GIBSON, *View of the Ancient and Present State of the Churches of Door, Holme Lacy and Hempsted* (1727)

---

[56]) Videlicet respective in Clent, Wallsall, Wednesbury et Dodford. Patet ergo, prioratum Dodford post annum 1464 non amplius fuisse domum formatam, ut falso asserit KIRKFLEET l. c. Qui error innititur in CAP II 186, ubi probante COLVIN p. 391, legendum est Halesowen pro Dodford.

# PRAETERMISSA

Aliqui auctores recentes erronee domus quasdam aliorum Ordinum adscribunt nostro, ita:

EASTON Prioratus in Wiltshire. Secundum ROBERTS p. 107 erat O. Praem. Revera autem O. SS. Trinitatis *(MMonBrit)*

GARWAY (Herefordshire, prope Monmouth) secundum COTTINEAU 1258 erat O. Praem. *MMonBrit* asserit ibi fuisse Hospitalarios Templi.

SWINE NE Hull, Lincolnshire. Erat parthenon O. Cist, quem tamen designat KNOWLES p. 141 fuisse O. Praem. initio. Vix est probabile, eum umquam Ordini nostro de jure fuisse adnexum. Videtur autem saeculo XII stetisse sub directione spirituali cuiusdam canonici Croxtoniensis O. Praem, quod approbavit Archiepiscopus Eboracensis. Ex documentis tantum notus est tamquam O. Cist. (Cf. *Reg. Archb. York J. le Romeyn* I pp. 203, 204, 209/11, 217, 239)

WORMEGAY Prioratus in Norfolk, secundum ROBERTS p. 158 O. Praem., revera autem O. S. A. (KNOWLES, *MMonbrit)*

Maioris ponderis sunt errores late diffusi auctorum antiquorum:

AUCHEL

Lairuelz est auctor huius erroris. In Optica eius p. 399 invenimus: „Auchel, filia Praemonstrati, dioec. Chichester". Quem secuti sunt Hugo I 208, WAEFELGHEM 15 COTTINEAU 193, et immo DHGE IV 285. Revera numquam extitit. Ex variis antiquis catalogis patet, hoc nil aliud esse nisi corruptelam: „DeAuchel" pro „Beauchef". Indicatio filiationis et dioecesis, quae alios induxit ad hanc domum identificandam cum Bayham, nullius est momenti, quia scimus, Lairuelium in his rebus caute esse legendum.

BEANTES

Secundum LAIRUELZ 399 erat „filia de Welleberg, coenobium insigne, Dioc. Chichester". Quem sequuntur HUGO I 241, WAEFELGHEM 20, et COTTINEAU 289, qui omnes hanc canoniam quaerunt in Kent vel in

Sussex, suspicantes eam esse idem ac Bayham. Revera autem, pariter ac praecedens, est corruptela pro „Beaucef", quod est Beauchief. Hac vice Lairuelz non errat, reapse enim haec domus erat filia Welbecensis.

## BLYBOROUGH

Secundum DUGDALE VI (2) p. 587 erat prioratus O. Praem. Revera erat O. S. A. et spectabat ad abbatiam St. Osyth in Suffolk, a qua non longe distabat (COTTINEAU 306, VCH Suffolk II 92/94).

## GORZE

Dioc. Carlisle, in Cumberland. Sic habet LAIRUELZ 399, quem sequuntur HUGO I 747, WAEFELGHEM 218, et COTTINEAU 1304. Hugo autumat se invenisse hanc canoniam in tribus antiquis catalogis. Revera habetur hoc nomen in catalogis S (Gorie) et V (Gorre), et quidem immediate post Shap. Nihil nobis est notum de domu huiusmodi. Potest esse corruptela pro Shap, quae erat unica domus Ordinis in dioecesi Carleolensi. Forsan est designatio loci, quo canonia Shap primitus erat condita. Nomen fundatoris Gospatrick aliquo modo in mentem revocat vocem Gorze.

## INDEMAREN

secundum HUGO I 875 erat monasterium in Anglia, et quidem mater de Langlen, quam putat Hugo idem esse ac Langley. Revera agitur de Oldenklooster in de Marne, matrem de Langen, ambo in Circaria Frisiae.

## OLEBOCH

Secundum LAIRUELZ p. 400 situm est in Circ. Scotiae, HUGO II 933 autem asserit hanc domum fuisse sitam in Sussex, Dioc. Chichester. Secundum Cat. Ninivensem erat parthenon in Polonia. Cf. quod hac de re diximus in vol. I p. 352.